115 od

impedimento iuridico quaecunque persona sua propria quavis et remota semper per omnes proscriptiones Terrestres toties quoties opus et necessarium fuerit cavet sub damnis Terrestribus simpliciter taxatis et edicendis. Et coram officio praesenti in primo stationis Termino perempta responsione protunc ac Ceteris omnibus satisfactione omnibus in universum iuris remedijs et defensionibus legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores obligando et abrenunciando sub amissione sua et suorum successorum totius et integrae Causae.

Malinowskich — Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Lucae Jedelsky sanus mente et corpore existens palam publice sic libere recognovit. Quia Nobiles Paulum olim Stanislai Chudik Malinowsky et Stanislaum olim Petri Malinowsky de omnibus Causis et actionibus ad quodvis Judicium et officium Regni Ratione quarumcunque rerum et praetensionum in litibus obtinita in Concordiam et praesentem sufficientem satisfactionem quietat et emittit et liberos facit. Protestationes obductiones dudumque cum toto processu ad punctum Bannitionis obtento cassat annihilatque perpetuo et in aevum.

Juroboiski — Demissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus personaliter Comparens Nobilis Marianus olim Erasmi Osnowsky et Nobilis Anna Zaleska Coniuges tanquam domina rei sui materialis usa quidem praedicta Zaleska cum eiusdem mariti sui uti tutoris amiguhus personali assistentia et consensu praesentaneo Sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt, Quia Generoso Ignatio Juroboisky de omni et integro inscriptione seu inscriptione certa olim parenti recognoscens per Nobilem Laurentium olim Jacobi Thopczewsky feria Tertia in vigilia festi Sancti Jacobi Apostoli Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Nono praeterito transacto modo donationis coram actis autenticis inscripta et sibi se devoluta cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sua ac parata in nomine tuitionis evictione ligamentis in originali inserrire contentis cedit. Omneque et integrum ius sibi ex lege ad praemissa serviens in personam Generosi Ignatii Juroboisky eiusque successores plenarie et integre transfert et transfundit. Intromissionem vero realem cum pacifica possessione per nobilem et alios duos officio acceptandos dedat et admittit. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Rosachacka Jablonskie — Emissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus personaliter comparentes Nobilis Eva Rosochacka relicta Simonis olim Alberti Rosochacki nomine suo et Nobilis Stanislai Jablonsky patris sui a se dedati et gra.

to